



 EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.  
**VII**-  
SIGNAT. 1819CCXIII

**PRORECTOR  
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,  
IO. GOTHOFREDVS  
BERGERVS, D.**

Potentiss. Polon. Regis et Electoris  
Saxon. Archiater, Colleg. Medic.

Prof. Publ. Primarius et  
Senior,

**CIVIBVS ACADEMICIS**

S. P. D.

KESTERUS, Indubitate nuncupari, et tunc  
in consuetudine latitudine, et causam coniunctione  
convenienter datur, ut, antiquissimo in aliis  
casum coniugium, et concubitus generaliter  
et conjugium, indeo excoluntur. Atque, dum cas-  
tu iacutiplicata patet agere, excoluntur, ducique-  
dantur.



On possum sine moestitia eorum  
audire obitus, quorum omnis vita  
exemplum virtutis praebuit, et con-  
sumpta est in laboribus patriae uti-  
listimis, praesertim eis, qui ad rationes aerarii  
pertinent, et in vecligibus tributisque curan-  
dis occupantur. Enimvero bellorum nervi,  
et imperiorum robur, salusque sociorum, et for-  
tunae civium, in huius administratione muneris  
praefidium habent. Romani exemplo sunt,  
qui hac perfunctione gloriam populi in pro-  
vinciis et regionibus citra et ultra mare cum per-  
petua nominis laude retinuerunt, exercitus  
que invictos aluerunt, et in aciem cduxerunt,  
tum vicinos perinde ac clientes, quos servari  
interfuit, salvos praestiterunt. Neque hac uti-  
litatis laude caruerunt Saxones, et tali instituto,  
quod imperii opes auget, se fortunatos iudica-  
runt, et in summis patriae periculis firmi stete-  
runt, et bonos fidelesque viros ad censu rei-  
publicae administrando consulto adhibuerunt.  
Qua virtute in honoris locum ascendit optimus,  
et rationum publicarum, proventuum  
que provincialium scientissimus, PAULUS  
KESLERUS, industria singulari, et fide, qua  
in conficiendis rationibus, et curandis censibus  
continenter usus est, amplam hac in vrbe digni-  
tatem consecutus, et Principis etiam, quod pau-  
cis contigit, iudicio exornatus. Aliis, qui eas  
in republica partes agunt, exemplum, quod se-  
quan-

quantur, prodidit, cum pecunias publicas tam  
accurate referret in tabulas, repositasqve tam  
diligenter Principi traderet, aut tradendas ei fide-  
liter reservaret. Idcirco nemini ignotus, et con-  
stitutis censum praefectis insigniter carus, nihil  
parvum duxit, et peritos canendi artifices imita-  
tus, ne minima quidem neglexit, et ut illi nihil in  
fidibus dissolum ac repugnans, sic iste in religio-  
ne abimi et rationibus nihil depravatum admisit.  
Nec superbus et arrogans, nec vana sui opinione  
inflatus, modum vitae et fortunae habuit, ac mo-  
deste semper frugaliterque vixit. Ita sibi tempe-  
ravit in magno adeuntium hospitum numero,  
ut nemini gravis et insolens, nemini, neqve infi-  
mae sortis homini difficilis molestusqve esset.  
Imo ne in avaritiae quidem suspicionem venit,  
neqve in ullis vitae negotiis ab aequitate disces-  
sit. Nec sordes cum Cynico, nec splendorem  
domicilii nimium exemplo Clodii probavit:  
pietatem Deo, obedientiam Regi, comitatem o-  
mnibus testataim fecit, Academiae, Senatorio  
ordini, civibus cunctis officia praestitit, ne sub-  
rostrans quidem convitum fecit. Honesto ge-  
nere natus A. clo loc LVI. prid. Kal. Quincil. o-  
mni studio sibi enitendum putavit, ut parentes  
vita et fide integros, PAVLVM, et CATHARINAM  
LOVINIAM imitaretur. ROSVVEINIA municipium  
nascentem excepit, ubi pater labore et opificio dignum  
Cive quaestum fecit. Ingenium ab natura promptum  
et docile, non ad res ineptas et turpes, sed ad liberalia  
studia ab ineunte aetate convertit, quibus diligenter  
excul-

excultus, ad vitae negotia se comparavit, et tyrocinio  
sub disciplina Christiani Schrekii, rationum et rerum  
usu prudentissimi feliciter posito, Vitembergam prote-  
ctus, Amplissimo, IOANNI FRIDERICO NESTERO multis  
modis solertiam approbavit, et in tractatione rerum  
studia literarum non intermisit, atque in iuris arte ac  
forensi exercitatione ducem habuit Virum Consultissi-  
mum D. Ioannem Casparem Brendelium, Curiae Pro-  
vinciali a rerum gravissimarum commentariis, Virum  
exquisita doctrina, et longo usu exercitatissum, no-  
bis omnibus apprime commendatum. Quibus rebus fa-  
ctum est, ut volente et iubente Saxone Potentissimo PR. EL. IOANNE  
GEORGIO II. ab Nestero in partem curarum assumeretur. Ab eius  
excessu, A. cl. I sc. XXXC. censu publicos in huius praefecturae tra-  
etu curandos iussu Principis maximi suscepit. Constituto digni-  
tatis fundamento, Nesteriam duxit viduam, REGINAM MARIAM,  
genere Kornmanniam, egregiam et integra exigitimatione matronam,  
A. cl. I sc. XXXC. ex qua genuit duos filios, PAULUM, iuris cultorem so-  
lertissimum, et CAROLUM, bona indole praeditum, et tondem filias, isdem  
CHRISTIANAE DOROTHEAE nominibus appellatas, quarum altera nupsit  
Viro Consultissimo, D. IO. Christiano VVaechtero, in Serenissimi Ser-  
veta Anhaltni Principis tribunali caesarum forensium patrono dexter-  
rimo, altera est innupta, et cum fratribus moestu vultu animoque pa-  
tris prosequitur funus. Qua uxore A. cl. I sc. XXXCVIII. rebus humanis e-  
repta, nobilissimam Virginem, MARIAM CATHARINAM, Amplissimi Viri, Calpa-  
ris Richteri, praefecti Brandenburgici filiam, A. cl. I sc. XC. matronam ioc-  
dere sibi coniunxit, ex eaque suscepit CASPAREM GODOFREDUM, adolescentem  
liberali ingenio praeditum, ingenuarumque artium cultorem, et filiam for-  
ma ac virtute egregiam BENIGNAM CATHARINAM, patris amplissimi iacturam  
desientes. Ille ceteroquin honore austus, in beneficio et gratia acce-  
pit, cum intelligeret, nuper admodum se novae dignitatis accessione  
ornatum, quod evenit auspicio Potentiss. PR. EL. IOANNES GEORGII III.  
et IV. anno sigillatim cl. I sc. XC. quo curandi et recipiendi censu provinciales  
ei decernebantur. Postea ab Rege Augusto II. A. cl. I sc. C. fructuum ac preventiu-  
mum praefecturae Vitembergenia administratio ei attributa est, in qua nihil,  
quod eum deceret, praetermissi. Omnem sane curam ad sincerum Dei cultum,  
et communem patriae utilitatem contulit, a luxuria et libidine constanter ab-  
horruit, pietatem et iustitiam in animo infixit; hoc tamen ei ad caducam felici-  
tatem defuit, quod tot tantarumque virtutum fructus exiguo nimis virae spa-  
tio est circumscriptus. Tum vero morbus, quo corruptus est, repentinus, et ex  
nervorum resolutione ortus, invasis Virum optimum et oppresit, ut plurima ac  
praefentissima artis nostrae remedia nec servare aegrotantem, neque eripere ex  
discrimine vitae possent. Quare procuratus myleris, et a labe, quam a primo pa-  
rente traximus, liberatus plane et expurgatus, in aeternam Civitatem migravit.  
Vestrum est, Cives, Viro Amplissimo, propter nobilissimas necessitudines et  
affinitates, meritaque in patriam eximia, supremo exequiarum honore defun-  
ctus, et ab H. L. pomerid, frequentissimo comitatu prodire in forum, et prosequi, quod  
efferetur, funus, concione publica et solemni ritu condecorandum. P. P. Die  
VII. Cal. Febr. Anno M D C C VI.

Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON  
M 18



**PRORECTOR  
ACADEMIAE VITEMBERGENSIS,  
IO. GOTHOFREDVS  
BERGERVS, D.**

Potentiss. Polon. Regis et Electoris  
Saxon. Archiater, Colleg. Medic.  
Prof. Publ. Primarius et  
Senior,

**CIVIBVS ACADEMICIS**

S. P. D.

